



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

51 Consuetudo constitutionem interpretatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

natio, vel secundum locorum consuetudine etiam octo minusve taxatam sine aliquis oneris deductione, vel solutione.

49 Non t̄ obstant, quæ in contrarium deducuntur, quòd emptor census ad solutionem onerum teneatur, non autem venditor, per regulam, qui sentit commodum, sentire debet incommodum, & 52 è contra, *cap: qui sentit, & ibi gl: si de reg: jur: in 6. solutio enim onerum ad eum pertinet, qui fructus percipit, etiam si alius sit in registro æstimi descriptus, & catastratus, Bar: in l: omnes, C. fin. cens: 50 vel: reliq: & onus t̄ reale à percipiente fructus solui debet, ut in terminis pensionis tenet Gig, in tract: de pens: quest: 43. numer. 2. & quest: 90. numer: 1. Interminis autem census. Virg. Boc. super dicta constitutione Pii V: par. 1. num: 71. & par: 2. num: 49. Rol: Cavag: super decr. Montifer: tit: 2. decis. 72. quest. 4. illat num. 1. & seq. Panig. Ep. Alt. in decret synod 11: Bonavent. Ropic. in, Dialog: de vsur. fol: 74. & Molin. super allega: quia Bart. loquitur in venditione fundi, in qua transfertur vtrumque dominium, in qua emptor fundi tenetur illud nomine proprio in onus venditoris facere catastrare, & onera persolvere, sed in hac venditione juris percipiendi censum sine translatione dominii, emptor non tenetur illud jus catastrare, nec à tempore, quo constit. Pij V. fuit edita, reperietur, ut puto, in tota Italia fuisse census huiusmodi catastros, nec allibratos; & idèd quicquid scripserint, Virg. Boc. & alii supracitati, eorum opiniones non sunt approbatæ, nec vsu receptæ, quia tam ante, quàm post eorum scripta, & tam ante, quàm post dictam constit. Pii V. in tota Italia emptores censuum cum pacto retro-*

vendendi illos semper liberos ab omnibus oneribus perceperunt, t̄ præsertim etiam in Vrbe viri timorata conscientia, non sine verisimili Papæ scientia, & tolerantia, & hæc consuetudo vniuersalis interpretata fuit dictam constit. Bar, in l: de quib: numer: 5: de leg.

52 Consuetudo t̄ enim in onerum solutione habet vim legis, & est attendenda, gloss. fin. in l. 3. C. de anno & tribut. lib: 1. & ibi Bart. in fin: Rebuff: num. 1. idem Bart: in l: 1. C. de aur: coronat: lib: 10. Rol: à Val col. 79. numer: 15. & numer: 17. vol: 4. Nat: cons: 409: numer: 4. Soc. Iun: cons: 49, numer: 16, volum: 1, cons: 75, num: 16, vol: 4. Ruin cons: 202. in fin: vol: 1, & Purpur in l. 1, num, 65, C: de pact: Idèd, ubi viget consuetudo, quòd census exigantur liberi sine aliquo onere, consuetudo est attendenda, ut in simili tenet Rolan. à Val: cons: 32. numer: 8, cum seq: vol: 1, & Cardin Tolet in inst: sac: lib: 5: cap: 47, vers: cum tamen, quæ limitatur non procedere, nec habere locum, quando consuetudo secularium est contra privilegia clericorum, quia tunc non ligat clericos, ut deduxi supra in cap: 14, numer: 34, par: 1,

53 Constitutio t̄ Pii V. annullat pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent, ut in ead: const: 5: sicut, etiam, & Gregor. de Valen tom: 3: disput: 5: q: 22. de cens: punct: 7 fin: sunt enim nulla pacta contra substantiã contractus, l: cum precario. ff: de precar: & August: in cons: 16, n. 1, lib: 2. Sed non repugnat naturæ contractus, quòd, qui habet penes se vtile, & directum dominium rei, super qua census est impositus, sine alicuius dominii translatione, solvat æstimũ, ad quòd